

haec ipsis erepta esse, cuius non tantum ex euangelica historia, sed ipsorum etiam popularium scriptis conuinci possunt.

Cur hoc abominabili genere supplicij Deus voluit interfici Filium, vt tolleretur in crucem?

Paulus Galat. 3 causam exponit inquiring: „Christus non redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum, quia scriptum est: „Maledictus omnis, qui pendet in ligno.“¹²⁰ Typus autem crucifixionis Christi fuit serpens aeneus exaltatus in deserto, Num. 21, Ioh. 3.¹²¹

[70:] Cur mori oportuit Christum?

Rom. 4 inquit Paulus: „Christus mortuus est propter peccata nostra.“¹²² Et Oseae 13: „O mors ero mors tua.“¹²³ Vnde versus in scholis factus est: „Mors mortis morti mortem mors morte redemit.“¹²⁴ Typi mortis Christi fuerunt mactationes victimarum, quae occisae offerebantur in sacrificijs.

¹²⁰ Gal 3,13.

¹²¹ Vgl. Num 21,8f; Joh 3,14.

¹²² Röm 4,25.

¹²³ Hos 13,14.

¹²⁴ An den Schulen des 16. Jahrhunderts wurden grammatikalische Merksprüche wie dieser im Unterricht verwandt. Vgl. die Sammlung bei Johann Lauterbach, *Aenigmata: Ad Magnificum Et Illustrem Dominum Henricum Rantzovium, Regium Holsatia Vicarium [...]* Additis Simul Nicolai Reusneri Leorini Com. Palat. Caes. et P.L. *Aenigmatis*, Frankfurt 1601/2 (VD 17: 39:139851S), 172f.